



Universitätsbibliothek Paderborn

Homiliæ Qvadragesimales Reverendissimi D.ni P. F. Hieronymi Baptistæ De Lanvza Venerabilis memoriæ Episcopi Barbastrensis & Albarrazini, Ord. FF. Prædicatorum

Ex Hispanico idiomate in latinum perfectè fideliterq[ue] iuxta posteriorem omnium, nouamq[ue] editionem translatae, & ab innumeris cùm S. Scripturæ, tùm SS. Patrum typographicis erroribus emendatæ ... cum triplici Indice ...

Lanuza, Jerónimo Bautista de

Antverpiæ, 1649

§.13. Corruit in mundo veritas, sicut mulier Leuitæ in Gabaa, quam mali Christiani inhonorant.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53104](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53104)

scripserunt *Vniuersa mendax*. Quod D. Hier. declarauit. *Tota plena mendacij*. Nihil aliud hic reperias nisi mendacia: nā manifestum erat quod eū plena iniquitatis regurgitaret, pariter & mendacij redundaret, & cum nulla esse bonitas, nec vlla futura esset veritas: talis enim mundus est, & talis vocari potest hæc ciuitas in qua vivimus, *Civitas sanguinum*. Quot caedes, quot homicidia, quantus effusus sanguis per plateas vialque defluens, quot impudicitie, quot rapinae, quot iniuriæ illarum iustitiarum, quot odia, quot factiones? Optime sequitur *vniuersa mendacij*. Plena fraudibus, referta perinijs, non est qui non contemdat circumuolare proximum vicinumque suum illaqueate. Christus Dominus noster mons est sanctus, totus sanctus est ciuitas est veritatis & euidenter probat quod eam doceat, cum se sanctum esse ratificet.

§. 13. *Corruit in mundo veritas, sicut mulier Leuita in Gabaa, quam mali Christiani in honoriati.*

14

S *Veritas dico, quare non creditis mihi?* Hoc sine pereundatis, optime magister cur ubi dicenti veritatē, fidē non adhibeant? Ignoras Dñe quod potius eo ipso tibi nō credēt quo dixeris illis veritatem? Quid minus hoc in mundo veritate creditur? Mendacij vtiq; passim recipitur, mendacio fides ab omnibus adhibetur. Est illa Prophete Isaie miranda sententia: Totū contempletur mundum, tantaque videt obrutū calamitate, vt in ea sanum nihil inueniat, in singulari autem ait, *Corruit veritas in plateis*. Quantum sapio historiam illam tangit lamemis dignam, quam omnibus suis ornatam circūstantibus enarrat Spiritus S. libro Iudicum capite decimo nono. Iuuenis quidam & opibus affatim diues Leuita, sibi in vxorē sumpserat puellam quandam vultus elegantia speciosam: Illamque voluit in regionem suam adducere: montem etenim incolabat Ephraim. Iter suum aggreditur, & cum illi sol occideret circa ciuitatem lebus, quæ postmodum dicta est Ierusalem; quam infideles incolabant Philistini: populus idololatra, sic seruus ei loquitur: Domine mi iam parer, noctis nos obrui tenebris, hanc igitur ingrediamur, si placeat, ciuitatem, in qua cū vxore tua tutus requiescas. Nequaquam hoc fecero: respondet ille: non enim consultum mihi videtur, me ipsum vxorē, que meam populo confidete scelerato, idololatræ, & infideli. Gressum duplicemus & ad ciui-

tatem Gabaa vicinam peruenit e Iudæa: vult hic enim populus habitare fidelis. *Non ingrediar oppidum gentis alienæ, quæ non est de filijs Israel, sed transiibo vsque Gabaa, & cum illuc peruenero, manebimus in ea.* Transgreditur passificus iter & appellit in Gabaa, & sibi persuadens, quod humanius ab illis exciperetur, quam ab infidelibus lebus, illum exceperunt iuhumannis. Cum enim iam nox esset, cuiusque laudassent vxoris illius pulchritudinem, ostium non inuenit apertū, nec quempiam, qui suam in domum vxorem recipere dignaretur. Tandem hospitio excipitur a seniore quodam agricolæ verum tanta subitō feruente persecutio, vt coactus fuerit vir ille miseram producere vxorem, & publicè cunctis in plateis exponere. Bone Deus, quam inhonestè in illam exarserunt: dum enim eius singuli desiderant amplexum, mille mulierem contumelias & ignominias assecerunt: dum vultus illam in hanc partem, alter trahit in alteram in tantum vt dolenda contum in plateis mortua cerneret. *Ibi corruit* ait Spiritus S.

Ad illud *Corruit*: Alludit Prophet: *Corruit veritas in plateis*: O veritas puella castissima, nobilissima, de semine Dei, filia Spiritus sancti legitima. *Veritas à quocumque dicatur*. (ait D. Ambrosius) *Spiritus sancto est* Sponsa Dei legitima qui sic illi se vnit, vt dicat: *Ego sum veritas*, formosa & munda, & sana tantumque cunctis eius sic placet formæ elegantia, vt adolescens ille sapiens dixerit: *Omnia terra veritatem inuocat, cœlum ipsam benedicit, & omnia opera mouentur, & tremunt eam, & non est eum ea quidquam iniquum.* In se considerata laudatur ab omnibus & extollitur, & qui primam illi sedem deneget, video neminem. Sponsam illam suam Deus ipsius in hoc mundo peregrinus secum duxit, donec ad ciuitatem suam cœlestem accederet, vbi cum illa requiesceret, nec vult illam collocare, vt inter infideles quiescat, qui deprauatum habent intellectum vbi ipsa hostium eligeret: *Tenebris habentes obsecratum intellectum* (ait Apostolus) *inueniunt à viso Deo per ignoranciam qua est illi propter cœcitate cordis ipsorum. Excœcavit Deus huius seculi mentes infidelium, vt non fulgeat illis illuminatio Euangelij gloriæ Christi.* Illi parate locum voluit apud infideles vbi securum videatur habitura hospitium. Meliori namque ratione humanius fideles, quæ Veritas à infidelibus, debent excipere veritatem. Veritas enim ecce qualiter eam excipiant. Omnes suffragantur: formosa est à longè spectata, & primam capit, meretur cathedram: nihilominus illam nemo in domum vult recipere. Tu videris an in aliqua domo

Isa. 59. 14
1.
Historia de vxore Leuita proponitur.

D. AMBR.
II.
Veritas encomiū
3. Eph. 4. 37
Eph. 4. 19.
2. Cor. 4. 4
III.

domo apertum inuenias ostium veritatis? Perambulabula Principum palatia, & in eis ad oculum tegnat adulatio vigetque mendacium, idque tanta potestate confusa, vt omnia sua tormenta maiora veritatem dirigerent, vt si forte impetum fecerit illam traicerant aut sic perdat vt nec pulueres eius superflui viderentur.

IV. Prodit Propheta Amos ex deserto Tecue & ciuitatem petit Bethel quamsdam Regi Ieroboam ex Dei nomine veritates expositorum quibus non parum terretur. Intelligit hoc Sacerdos Amasias, venundatus vt Regi adularetur. Prophetam adit iam ad palatium tendentem O vates, hinc ocinus apage, & alias inquire regiones quae praebant aures veritati: haec enim ciuitas est Regis, hic suum habet palatium, & est domus occlusa veritati ad quam nulli permittitur accessus dicturo veritatem. *Qui vides* (hoc nomine Propheta vocabantur. *Videntes*) gradere & sige in terram Iuda, & comede ibi panem, & prophetabis ibi, & in Bethel non adicies vltra, vt propheta: Quia sanctificatio Regis & domus regni est. Porro haec perambulabula tribumalia. Bone Deus, heu quanto studio portas occludunt veritati, falsis testibus, simultris informationibus, sophisticis allegationibus, vade ad tabernas & tentoria negotiantium ac mercatorum & ibidem inquire, dicentque tibi, quod domus illa erigatur & directant mendacis & fraudibus, quod si verò ingressus pateret veritati, perirent & in extremam laberentur paupertatem.

Amos 7. 7. O sancta veritas, matrona sole formosior, heu quod te videam in foro iacentem, nec sit, qui te colligat, & si forte sit aliquis, pauper erit operarius, qui de officio manuum sibi victum & amicum lucratur, hic eius seruat simplicitatem agens cum cespitibus quam perderet si communiter inter homines conuerteretur, & nihilominus hinc extrahitur, & hic ex illa parte, alter ex altera ea impetit, vellicat, dilacerat, & omnes tantis ea n afficiunt iniuriis vt mortua concidat in plateis: *Cornus veritas in plateis*. Et velut mortua, nec loquitur, nec sentit, nec se mouet, nec quis vocem eius intelligit, vnde liberè regnat mendacium habetque pro se compum aperitissimum. Illi portas quaquaersum aperiant, illud audiunt, illud aufcultant. Quam gratus ille tibi est qui quatuor autibus tuis mendaces instillat adulationes? Quam arrectis eum auribus audis, qui te laudat, & tuos peruersos canonizat agendi modos? quam iucundus ex illa techna, qua pauperem illaqueasti? Et quam excitatus ex illis mendacijs, quibus inhonesta decepsisti metetriculam? O ciuitas illustissima, heu quam ex animo doleo, dum tibi conue-

nire video nomen illud, quod ante diximus impositum à Propheta Nahum ciuitati Ninive. *Ci-Nahum 3. 6. nitas plena mendacij*. Mendacis rota fatinata cum VI. in omnibus gratanter excepta sint domicilij. De Applicatione, quantum non licebit dicere, quod olim Deus ad per eundem Prophetam Amos, ostendens quantum ampliat decem tribubus populi sui in Samaria inbet ciuitatem: *Congregantur super montes Samariae*.

ex quibus totam populi mei licet intueri multitudinem. Quid illi est, o Domine? *Videte insanas Amos 3. 9 multas in medio eius, & calumniam patientes in penetrabilibus eius, & nesciunt facere rectum, dicit Dominus, thesaurisantes iniquitatem, & rapinam in aedibus suis*. Verbum illud *Insanas* non tam significat stultitiam quam tendiculas, fraudes, mendacia, imposturas. Perpende mendacia quae libere dominantur in optimatibus & purpuratis, hoc est in medio eius, oppressiones & calumnias quibus tota repletur haec scelerumque respublica: non immerito de hac proloqui possemus: ciuitate, quod olim Dominus per Ieremiam de Ierusalem. *Circuite vias Ierusalem & aspice, & considera*.

Hiere. 1. 5. & quare in plateis eius, an inueniatis virum facientem iudicium, & quarentem fidem & propitius ero ei. Pag. unius. Vatablus & alij legunt *quarentem veritatem*. Quia vox Hebraea nedum significat fidem sed etiam veritatem. Eia igitur, inquit Dominus, totam hanc perlustra ciuitatem & si vel vnum inuenieris quarentem veritatem, Amen dico tibi, mille cumulabo eum beneficijs, Domine, an ergo multi non sunt, qui iurant? Et quando iurat aliquis, an ergo non quaerit & praetendit vt statuatur credaturque veritas? Immo hoc ipsum, ait Dominus pessimum est, & tpe etenim grauissima mendacia grauissimis confirmantur iuramentis. *Quod si etiam: Vni Dominus dixit, & hoc falso iurabunt*. itaque Domine, si percuteris cur dicenti tibi veritatem non credant, respondeo quod potius eo ipso non credant, nam haec perversa fuit huius populi consuetudo, quam plangebat vates Ieremias quod ex ipso casu, quo Propheta quilibet Dei illis veritatem intimabat, nequaquam illi credebant, imo vt mendacem arguebant, & cuiuslibet prophetae falso loquo, atque impostori, & qualibet illis proponenti pro libitu suo mendacia, fidem adhibebant.